DISPVTATIO
DE ACQVIREN-
DO RERVM DOMI-
nio quam intra privatos pa-
rietes

HVMANISSIMIS AC
DOCTISSIMIS ADOLE-
ſcentibus impugnandam
proponit

GEORGIVS THILO Lipſiacus

Reſpondente

FRANCISCO HOFLEINERO
Viennenſi.

Ad 7. Aug. Anno 1613. loco conſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

* ✣ *

EXPRESSA ANNO CIↃ IↃ CXIII.

NOBILISSIMIS, STRENVIS, MAGNIFICIS, AMpliſsimis & Conſultiſsimis,

Dn. WOLFGANGO à LVTTICHAV in Kmelen, &c.

Dn. DAVIDI DORINGIO J. U. D. Illuſtriſsimi ac potentiſsimi Principis ac Domini IOHANNIS GEORGII, Ducis ac Electoris Saxonici conſiliarijs primarijs & intimis.

Dn. IOHANNI MAIERO I. V. D. Facultatis Iuridicæ Lipſenſis aſſeſſori & ſupremæ provincialis curiæ advocato digniſſimo,

Dominis ſuis ac Patronis nullo non obſervantiæ cultu proſequendis.

offert

Georgius Thilo.

QVæcunq; lites, quæ jurgia aut diſſenſiones vnquam fuerunt, eas fere ſemper ex jure quodam dominij natas fuiſſe, nemo ambigit. Vbicunq; enim quis ſuum jus lædi imminuive exiſtimat, ibi merito frontem contrahere & caperare ſe putat. Quippe quiſq; intelligit ſummam eam eſſe juſticiam, quæ ſuum cuiq; tribuit *l. bona fid. 31. D. depoſiti § Iuris præcepta. J. de I. N. G. & C.* quam ſi quis in ſe negligi cernit & abdicari, diſcruciatur argumento *l. 2. § & cum placuiſſet 24. in verbo. qui cum animadvertiſſet Appium Claudium contra ius de Orig. iuris.* propter quam cauſam ſtudioſo juris, vtpote SS. Themidos futuro ſacerdoti, *l. 1. De iuſt. & jure.* valde incumbit, dominij naturam recte & penitus cognoſcere argumento *l. IureConſultus. 10. De gradib. & aff.* quam vtiq; materiã. ordine Digeſtorum ſic exigente in manus ſumemus. Verum quia dominium, vt adiunctum & qualitas quædam, *l. quid aliud 8. C. De V. S.* per quam quanto magis res eſt in jure dominij, tanto magis eſt libera ſecundum *Donell. 9. comm. c. 21.* Sine ſubiecto ſuo conſiderari non poteſt per ea quæ tradit, *Neviz: in Sylva nupt. lib. 1. n. 230.* Ideo de dominij ſubjecto, rebus ſcilicet, aliqua mentio erit facienda.

Thesis I.

Rei appellatio eſt latiſsima,

l. rei De V. S. l. 14. inf. D. ad Trebell. Pinelius in rub. C. de bon. matern. n. 5. Schneidevv. I. hic n. 3. Gædd. ad d. l. rei appellatio de V. S. n. 5. cum ſeqq. Et plures habet ſignificationes Gædd. d. lo. Tamen hîc accipitur de obiecto juris, eo

 ſcilicet,

ſcilicet, quod actione aut perſecutione poſtulatur. *Gad. ib. n. 6.*

I I.

Earum ſumma diviſio eſt, quod aliæ humano commercio exemtæ ſunt, quædam vero non.

l. ſi in Emtione 34. § omnium. 1. De contr. Emt. pr. I. hic verſ. quadam enim. (*Diſs. Donell 4. comm. 1. qui ſtatim dividit res in divinas & humanas. aliter diſs. alleg. ad Hilling. ad Don. d. lo. qui dividunt res in corporales, & incorporales, quibus etiam ibi reſpondetur.*)

I I I.

Emtio autem hæc à communi commercio inducitur vel jure naturali.

veluti ſunt res, quæ neq; ſunt. neq; ſperantur § *1. I. de inutilib. ſtip. l. ſtipulor 35. de V. O.* cum non entis nullæ ſint qualitates *l. Eius qui in provincia 41. verſ. quare ſi nulla. De rebus cred. l. 2 D. judic. ſolvi. Neviz. d. lo.* Vel etiam quia res jure naturali nullam recipit æſtimationem *l. libertas 10. 6 l. Paulus 39. inf. De fideic. libert.* An quid juris naturalis an vero juris civilis dicendum ſit videatur *Riminald I. de donat. in pr. n. 197. cum ſeqq.*

I V.

Aut gentium jure ſecundario. Et hoc vel communi omnium populorum.

Quo jure exemtæ ſunt res, quæ plane nullius ſunt, vt Mare, aqua profluens, quatenus profluit, aut de cœlo cadit. § *Et quidem I. hic IC. Schneid. n. 2. Inde Plautus in Aſin. a. 1. ſc. 3. Diem, aquam, ſolem. lunam, noctem, hæc argento non eminus.* § *quædam. cum § ſeqq. I. hic.* Licet autem mare putetur eſſe de territorio ac juriſdictione illius civitatis, quam alluit, *vt aſſerit Roder. Suarius in conſ. de Vſu maris. Incip. Sicada vno prædc. l. Ἀξίωσις 9. D ad l. Rhod. de iactu.*

iactu. alleg. à Caſs. ad conſu. Burgund. in rubr. des Iuſtices & droid icelles verbo advenues & trouvees n. 4. in add. l. venditor 13. D. Communia præd. Id tamen ad proprietatem non pertinet, vt & etiamnum in alto nullius cognoſcit juriſdictionem, ideoq; etiam Veneti Attilæ tyrannide terris expulſi vacantem & nullius imperio preſſam ſedem in mari elegerunt *vide alleg. à Camer. in operis ſuccis. cent. 2. c. 48. in f. & diſs. Coler de proceſs. Exſec. p. 2. c. 3. n. 358. Iidem tamen Veneti juriſdictionem & vectigalia in mari Adriatico ſibi quæſiverunt præſcriptione. l. ſane 14. De in jur. Idem Camer. in oper. ſuccis. cent. 1. ca. 61.* vbi refert ipſos pontifici de hoc quæſtionem moventi ſalſè reſpondiſſe, jus vectigalia imponendi in mari conceſſum ſibi tum eſſe, cum Conſtantinus donationem Papæ Sylveſtro fecit. Vtrum tamen hoc fieri poſsit, vt præſcriptione ſervitus mari imponatur videatur. *l. 13. §. 7. De in jur. Stracha. in tr. de navigatione n. 8. p 324. Schneidvv. I. hic in §. Et quidem in f.* Quia autem ut dictum eſt, maris, eiuſq; littorum uſus ac proprietas nullius eſt, ideo quilibet in mari piſcari, in littore retia ſiccare & caſam ponere, nec prohiberi ſine injuria poteſt. ſcilic. ſi non alius in quaſi poſſeſsione huius juris per prohibitionem conſtitutus per immemoriale tempus hoc præſcripſerit, *ſecundum ea quod tradit Schneid. in d. §. Et quidem n. 4. & 5 in quo tamen diſſentire videtur Dominus Haccelman illuſtr. quæſt. diſp. 18. th. 2. G.*

V.

Aut jure civitatis, eoq; aut publico aut privato. Publico jure eximuntur res quæ ad religionem, defenſionem, dignitatem & opportunitatem reip. pertinent.

de quibus diviſionibus videatur Gædd. ad l. 5. n. 10. cum ſeqq. de V. S. l. inter ſtipulantem 83. § 5. De V. O.

V I.

Ad Religionem pertinent: 1. Res Sacræ.

quæ rite per pontifices Deo conſecratæ ſunt. *l 1. l. 6. § 2. de rer. Div. § 7. I. hic.* Ideoq; non quælibet hic conſecratio ſed ſolennis hic admittitur. Ita enim ritè & rectè differunt. *ſecundum Cuiac. in tr. 3. ad Afric. in l. ſi quis. 6. D. ad l. Cornel. de falſ. p. 82.* Quemadmodum etiam Petrus Ginilus refert. *lib. 13. c. 3. de hon. diſc.* decretum Romę fuiſſe ne quis poſſet Deus ab Imperatore conſecrari, niſi à Senatu probaretur. Ideoq; etiam Tiberius Imparator a ſenatu Romano impetrare non potuit, ut Chriſtus reciperetur, quod pũtaret Senatus, hunc Deum eſſe admodum ſeditioſum qui alios propter ſe pati non poſſet. Poſſunt autem omnes res Deo conſecrari ipſiq; dicari, nec valet ſtatutum quò minus etiam in Eccleſiam liceat alienare bona civitatis, *Coler. de proceſſ, Exſe. p. 1. c. 3. n 206.* Et habet effectum hæc conſecratio vt ita conſecrata conſecratione tenus ſint publica. *l. 1. § 2. De Iuſt. & iure Lyclama lib. 3. membr. Eccl. 6.* Et ſi ager aut locus, ædificiumve conſecretur tota res ſit ſacra, adeo vt ſi ædificium ſacrum deſtruatur, area adhuc ſacra ſit § *locus I. hic. l. ade 73. De contr. Emt* nec poſſit res alienari, niſi interdum per vniverſitatem transferatur, quatenus vſus quis privatus eſſe poteſt. *l. quadam 62. De acquir. rerum dom vbi gl. & Dd. Gædd ad l. 5. n. 14. Borcholt de feud. c. 6. n. 9. l. 1. D. ſi ſervit vindic.* Interdum tamen poteſt res ſacra alienari, ſi ſumma neceſſitas vrgeat famis aut redimendorum captivorum, &c. *l Sancimus 21. cum auth. ſeq. C. de S S. Eccl.* Sed & illud verum, non poſſe rem ſacram per exſecrationem à ſummo pontifice in profanum vſum reduci *l. Continuus. § pen. d l. inter ſtipulantem. § 5. de V. O. c. ſemel de R.*

l. in

l. in 6. Rosbach de differ Iuris civil. & Canon. lib. 2. tit. 1. comp. 1. quia Epiſcopus tanquam tutor eſt, & officium ſuum facit, adminiſtrando benè, non malè perdendo. *Zaſius in conſ. 9. n. 48. p. 1. Bart. in rubr. pra. conſt. Dig. n. 13. diſs. Dynus in d. c. ſemel. n. 2.* Quanquam autem verum ſit rem ſacram nullius eſſe, ſunt tamen in alicuius dominio abuſivè quatenus quis privatim jus habet numinis colendi & mortuos ſuos condendi cum jure quo id alios prohibere poſſit, ne idem in eodem modo faciant. *Dycl. lib. 3. Membr. Eccl. 7.*

VII.

Secundo, ad religionem pertinent res religioſæ,

Dictæ à religando quod hoc fortiſſimo vinculo homines adſtringantur. *Iuſtin. lib. 11. hiſtor.* Sunt autem religioſæ res vt hic accipiuntur in ſpecie, ſepulturæ, monumenta, ſtatuæ. Et ſi corpus diſcerptim ſit ſepultum ibi locus religioſus eſt vbi hominis caput tanquam præcipua pars condita eſt. *l. cum in diverſis 43.* De relig. nec refert amicus ibi an inimicus aut hoſtis conditus ſit. nec enim hoſti ſepultura neganda eſt aut ſæviendum in mortuos. *Virg. 10. Aeneid p. 383. v. 10. Et verſ.*

Quiſquis honos tumuli, quicquid ſolamen humandi eſt
Largior. —— ——

Camer. in oper. ſuccis. cent. 2. c. 64. l. pen. de Condit. Inſtit. Gamina defunctorum. 13. q. 2. Homer. odyſſ. 4. v. 197. Ovid. 1. Triſt. El. 2. Fuerunt olim apud gentes varias, etiam varij ſepulturæ modi, *de quibus videatur Camer. in oper. ſuccis. cent. 1. c. 14. Iuſtin. hiſt. lib. 41. f. 23. C. Cæſar de bello gall. f. 204. lib. 6. Cic. 1. Tuſcul. f. 187. G Et 3. Epiſtola. famil. 12. f. 60.* Et de ſepultura Epiſc. Herbipolitanorum *Cuſpin. in vita Imp Lotharij.* Debent autem Cæmeteria extra vrbes eſſe *l. 3. § 5. de ſep. viol.* Et conſtrui Iure Canon

cum

cum Epiſcopi conſecratione *Rosbach de diff. jur. civ. & Canon. lib. 2. tit. 1. comp. 2.* Iure civili ex cuiusq; domini voluntate, qui ſuum locum purum per illationem humani cadaveris locum religioſum facere poteſt. § *religioſum I. hic.* Sed alienum locum religioſum facere nemo poteſt. *l. 7. l. 8. de relig.* Effectivè, ut non cogatur mortuum tollere, niſi dominus ratam habuerit illationem. Quod ſi tamen primo dominus illationem mortui permiſit aut ei conſenſit, licet deinde illationem ratam non habuerit, locus nihilominus religioſus fit. *ita lege in § 9. I. hic.* quia nemo conſilium ſuum mutare poteſt in alterius detrimẽtum. *c. conſilium de R. I. in 6. & ibi Dyn. Col. in proceſſ. Exſec. p. 1. c. 5. n. 48. & c. 6. n. 65.* Eadem autem ratio eſt cur in locum communem invito ſocio non liceat inferre. *l. 6. § pen. de Rerum diviſ. l. 6. § 1. de Rei vind. l. caveri. 4. D. communia præd. Panus. cent. 1. Enant. q. 37.* Illud hic addo, non deſtinatione, ſed illatione locum fieri religioſum. *l. 6. § fin. l. 7. § fin. de relig.* Et poſſe etiam de religioſis leges ferri, *ſecundum Cic. 2. de llg. p. 450. G. & H. placent. Inſtit. h. t.*

VIII.

Ad defenſionem civitatis pertinent res ſanctæ.

Sicut ſunt leges ſine quibus civitas perſiſtere nullo modo poteſt. *Cic. pro A. Cæcinna. f 328. C. & G. proœm. I. in p. & § ſancta. verſ. ideo I. hic.* Et dicuntur ſanctæ à Deo ſancto. *Petr. Crinit. de hon. diſc. lib. 6. c. 7. & lib. 7. c. 3. Cic. pro Archia. f. 546. A. vel quia pœna 50. aureorum ſancta eſt in corruptores illum. l. 7. de iurisd.* Eodem modo muri & portæ ſunt ſancti, quia pœna capitis ſancta eſt in eos qui tranſcendunt aut aliquid hoſtile in hos moliuntur ſive illud in municipio faciant ſive Romæ. § *Sancta. hic. l. ſacra. 9. § proprie. 3. de Rerum div. l. portus. 59. de V. S.* quo modo ab iniuria hominum defenſi atq; muniti dicuntur.

Petr.

Petr. Crin. de hon. diſc. d. lib. 7. c. 3. Lycla. lib. 3. Membr. Eccl. 6.

IX.

Ad dignitatem & opportunitatem pertinent publica.

quaſi populica, quæ totius populi Romani ſunt, & omnibus civibus competunt. *Lyclama lib. 3. Membr. Eccl. 5. & 7. non peregrinis & hoſtibus. Livius Dec. 4. lib. 3. p. 84. & Dec. 1 lib. 8. p. 385. C. Cicero 5. Verrina p. 280. & 281. C. id. de Orat. p. 179. D. Heig. p. 2. q. 40. n. 20.* Veluti ſunt 1. itinera publica, per quæ quilibet ire agere &c. poteſt *Plautus in Curcul. a. 1. ſc. 1.*

Nemo ire quenquam prohibet publica via.
Dum ne per fundum ſeptum facias ſemitam.

Ad viarum a. ſecuritatem prodita ſunt interdicta: ne quid in loco publ. vel iti. publ. fiat. Item interdict de via publ. & ſi quid in ea factum eſſe dicatur. Et de via publ. & itin. publ. ref. Hæq; viæ dicuntur regiæ, eò quod Imperatoris ſint, item prætoriæ, Conſulares, Militares, *Mynſi. J. de l. Aquil. § Item ſi putator. n. 1. Borcholt in c. un. quæ ſunt regal. n. 24. l. 3. de locis & itin. publ. l. 2. § 22. D. ne quid in loco publ.* Earumq; ſecuritas, vt tanto facilius conſervetur, vectigalia in illis conſtituuntur, quæ qui perſolvit tutus eſſe debet, vt ſi ſpoliatus fuerit poſſit dominum ad reſtitutionem ablati, aut ad exhibitionem delinquentium cogere. *Schneidvv. I. de Oblig. quæ ex del. § item 15. n. 3.* Imò & ſi nullum vectigal dominus percipere ſoleat nihilominus debet itinera quieta præſtare, & à malis hominibus purgare. *l. congruit. 13. de off. præſid. Schneidevv. d. lo. n. 4.*

2. Huiuſmodi ſunt flumina publica, Cenſitores public. *l. Ergo 30. § alluvio. 2. de acquir. rer. dom.* Sive illa flumina ſint navigabilia ſive non. *Menoch. remed. retin. poſſ. 6. n. 52. cum ſeqq.* modo perpetuo fluant. *Bart. in tr. de aluv. verb. flumen. n. 1.* & magnum ſit, ac pro publico ab accolis

æſtimentur. *Heig. p. 2. q. 40. n. 103*, quæ vnà cum ſuis alveis ac ripis publici iuris ſunt, licet riparum proprietas ſit dominorum propter flumina prædia habentium *§ riparum I. hic.* In his nemo aliquid facere poteſt, quo curſus aquæ avertatur aut navigatio fiat deterior, ſine publicâ autoritate, ſecus ſi publica autoritas accedat. *Schneidevv. I. hic. § flumina. n. 9. diſſ. Myn. § 2. hic n. 9. & 10.* prætereà in illis omnes cives piſcari poſſunt, nec quiſquam in flumine publico aut eius angulo publicatione eſt prohibendus *l. fin. de Vſuc. l. iniuriarum. § fin. de iniur. l. 2. § 9. D. ne quid in loco publ. Roder. Suarius in Conſ. de vſu mar. n. 8. VVeſ. in part. de acquir. rer. dom. n. 7.* niſi alius præſcriptione talia jura acquiſierit, dum per prohibitionem in poſſeſſionem & occupationem harum rerum publicarum conſtitutus eſt. *Schneid. in d. § flumina. n. 9. diſſ. dominus Hackelm. illuſt. quæſt. diſp. 18. D. 2. in f. Roder. Suar. d. lo:* licet verum ſit hoc dominium aut ius prohibendi aliàs non durare vlterius, quam quis in hac q. poſſeſſione conſtitutus perſiſtat. *l. fin. de Vſucap. in tantum 6. De R. Di. l. quod in littore 14. de acquir. rer dom.*

Vlterius ad dignitatem & ſplendorem publicarum rerum pertinent theatra, ſtadia, fora, campus Martius &c. quæ, quia omnino civium ſunt communia, in nullius ciuis bonis eſſe poſſunt, *l. ſed etſi hac lege 10. § 4. De in ius voc.* licet ſi municipium, cum communi patria comparetur privati vice ſit & jam dicta bona poſſidere dicatur. *L. bona 15. cum duabus ſeqq. de V. S.* hæcq; eſt differentia inter bona publica & vniverſitatis. *Gadd. in l. 17. de V. S.* Eiuſdem autem iuris ſunt ſtatuæ in honorem privatorum in publico poſitæ, quarum Romæ olim ingentem fuiſſe numerum vt etiam earum cauſa vigiles certos creare neceſſum fuerit, refert Lipſius de magnitudine Romana. In hiſce prædictis rebus omnibus obtinet regula vt ſi

cui

cui res aliqua per legatum & fidei commiſſum data ſit, quæ in commercio humano non ſit, neq; ipſa res neq; æſtimatio debeatur, licet ſi legatarius ius poſſidendi non habeat, res autem aliàs in commercio ſit, æſtimationem petere poſsit. *Lyclama lib. ſing. ſtud. velit 4. q. 24. pacius cent. 6. Enant. q 6.*

X.

Cæterum exemtæ etiam ſunt res quædam communi commercio jure privato: Et quidem vel à lege vel ab homine.

A lege interdictum eſt commercio armorum, ne ea ad hoſtes poſſint tranſportari, aut materia ſit ſeditionum *Nov. de armis 85.* Item frumenti quod in publicis horreis conditur, *l. 1. & fin. C. de cond. in publ. horr. lib. 10.* & ſimilium rerum, furtivarum, raptarum, &c. Ita ad tempus interdicitur à lege commercio rerum quarundam, vt pupillarium, decurionalium, dotalium, &c. ne illæ ſine magna ſolennitate alienentur, *l. de Vſuc. t. t. C. de præd. & al. reb. min. l. lex quæ 17. C. de admin. tut. l. quibus alien. licet vel non t. t. C. de præd. decur. lib. 10.* Item commercio hominum exemtæ ſunt res Eccleſiæ, licet non ſint ſacræ, quæ neq; in feudum neque in Emphyteuſin niſi ſub certa ſolennitate dari poſſunt, *Borcholt de feud. c. 6. n. 18.* dicuntur autem res Eccleſiæ quando Epiſcopus expreſsè res deſcribi fecit inter reliqua bona Eccleſiæ *ib. n. 28.*

Ab homine ſæpe etiam res eximuntur idq; vel per vltimam voluntatem, quando quis teſtamento prohibet fundum ſuum alienari, & tum alienatio tantummodo voluntaria, non etiam neceſſaria, prohibita cenſetur, *l. pater 38. de leg. 3.* hæcq; prohibitio alienationis deſcendit ad hæredem hæredis vſq; *l. Ultimus 93. de leg. 3* niſi prohibitio filio facta ſit, tum enim is in vltima voluntate alienare poteſt, *d. l. 38. § 3. De legat. 3.* Vel etiam exemtio fit

B 2 per

per pacta realia inter vivos vt quando reditus conſtituuntur qui redimi non poſſunt, ſed certis hominibus in perpetuum dandi ſunt. *Eberh. in top. leg. loco à contractu ad vlt. vol. diff. 8. inter leg. & vlt. vol.* Item quando pactum de retrovendendo factum eſt. *Caſſ in conſu. Burg. rubr. 5. §. 1. in pr. n. 7. & 9.* Sed ſciendum eſt tamen has res poſteriores, quæ privato jure eximuntur non recte exemptas è commercio humano dici, ſed potius exemptas è jure poſsidendi, aut exemptas è commercio certorum hominum, *Lycl. 5. citato loco.* De hiſce igitur rebus quædam erunt ſubijcienda, problemata.

1. Quod res alienari prohibitæ, ſiquidem illud lege fiat, ne confiſcari quidem poſſunt ſecus ſi ab homine. *Chaſſ. in conſ. Burg. rubr. 2. §. 3. in pr. n. 2. & eodem §. vers 5. ant au. Seigneur de quibus ils ſont. n. 7. & rubr. 6. §. 1. n. 9. Nicol Böer deciſ. 278. n. 6.*

2. Quod alienans rem prohibitam alienari etiam in ſui ipſius præjudicium, tamen poſsit rem retrahere. *Thom. Gram. deciſ. 93. n. 3.* Ideoq; ſi res extra familiam alienari vetita ſit, licet valeat rei prohibitæ alienatio, quando conſenſus omnium quorum inter eſt, adeſt, tamen ſucceſsores naſcituri, poſſunt rem revocare, *Böer deciſ. 12. n. 4.*

XI.

Hiſce igitur jam enumeratis exceptis Cæteræ omnes res alicuius ſunt, & vel mobiles ſunt vel immobiles, & rurſum vel corporales vel incorporales, vt jura & actiones.

l. mobilium De V. S. t. t. I. de reb. corporal. & incorp. De mobilibus rebus hoc juris eſt ut vna cum juribus perſonalibus ſequantur perſonam domini, de eiusq; purentur territorio, ac oſsibus eius penitiſsime inhæreant.

Coler.

Coler. de proceſs. Exſ. p 2. c. 3. n. 29. uſq; 35. nec circumſcribantur loco l. D. p. 1. c. 3. n. 252. immobiles autem ius ſoli ſequuntur d. p. 2. c. 3. n. 35.

XII.

Sic conſideratis rebus deveniendum eſt ad dominium quod à domo vtiq; deductum videtur.

Ita Plato in Dial. de Philoſophia vel amatoribus ad f. ὅταν εἷς ἀνὴρ οἰκίαν ὀρθῶν διοικῇ τί ὄνομα τούτῳ ἐστιν; οὐκ οἰκόνομος τε καὶ δεσπότης. *Donell. 9. Comm. c. 8 & ibi vide Hillig: alias derivationes recenſentem.*

Sumitur autem dominij vox varie à dd. vel enim uſurpatur pro jure quodam venerationis & Majeſtatis, quomodo Chriſtus etiam Principes terrarū dominos dici ait *Matth. 20. verſ. 26.* & fœderati reip. Romanæ adminiſtratores dominos dicunt. *Ita n. Imp. in l 9. D. ad l. Rhod. de iactu.* ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος. Ita vxores maritos ſuos dominos dicunt *l. Ea quæ 57. de Donat. inter vir. & vx.* Ita Iuriſconſultos Conſultores *l. Neſennius 22. D. ad l. falcid.* Ita diſcipuli ſuos Præceptores ut Caſs. ſuum dominum Iaſonem pene ſingulis foliis *(f. 755. quater)* Ita liberi parentes. Inde Poëta:

Tum ſervum ſcis te genitum blandeq; fateris
Cum dicis dominum Soſibiane patrem.

Huc pertinet prælationis dominium quo vxor domina in domo dicitur cum ſit proxima à marito & hero, ad quam domeſticus matronalis labor ſpectat, tanquam ad requiem forenſium exercitationum, ad quam omni cura depoſita patres fam. intra privatos parietes ſe recipiunt. *Columella lib. 12. de re ruſtica p. 448. ubi vid ult.*

Vel etiam accipitur dominium pro imagine quadam domini quem quis repræſentat, vt tutor dicitur dominus qui exſecutor datus eſt in teſtamento *Bart. in l.*

 ſi quis

ſiquis ad declinandam n.3 & 4. C. de Epiſ. & cler. ita tutor dicitur dominus, ſi adminiſtret rectè *l. qui fundum 7. §. ſi tutor. 3. D. pro emtore l. interdum 56. §. qui tutelam 4. De furt. l. 6. D. rem ratam haberi.* Ita procurator fit dominus negotij per litis conteſtationem *Chil.* König *in proceſs. c. 10. n. 3.* Vel etiam dominium accipitur de eo quod adhuc ſperatur quale dominium κατ' ἐλπίδα habent liberi in bonis patris *l. in ſuis 11. de lib. & poſt. §. ſui a. I. de hæredum qual. & diff. l. nihil intereſt 54. §. 3. de bonis liber. l. ante p. in ſi. D. unde lib* Sed quia de facili hæc ſpes lactare poteſt, & ſecundum Socratis apud Stobæum dictum: Neq; ex vna anchora navis neq; ex vna ſpe vita ducenda eſt; & pater poſsit ſua bona divendere & pretium inde redactum in mare abijcere in præjudicium liberrorum *ſecundum alleg. à Prückn. p. 1. conſ. 34. n. 27. & 28.* hoc dominium vix caſſa nuce erit dignum, nec ſpes emenda erit pretio ſecundum *Plautum & l fin. C. de pact.*

Alio modo accipitur dominium quod mulier retinuit in ſua dote data, hocq; dominium apponitur revocabili dominio quod maritus in ijsdem bonis habet ſecundum *l. 66. de R. v, l. plerumq; 1us de R. 1. l. bona f. 48. de acquir. rerum dom. l. arboribus. 12. §. Iulianus 5. de Vſuf. Lycla. lib. 3. Membr. Eccl. 1* Eſt enim mulieris dominium conſopitum licet domina ſit, *l. 15. § 3. D. qui ſatiſd. cog.* quia res reſtitutioni eſt ſubiecta, ſimiliter fiduciarius domin. licet dominus ſit, tamen alienare non poteſt, niſi paucis certis caſibus, *authr. es quæ C. communia de leg. 1 t Quib. alien: licet vel non. l. 30. C. de iuredot.* vbi mulier naturalis vocatur domina, per anticipationem quia rem ſuam receptura eſt. Sed de his hic ponere animus non eſt, ſed de dominio rerum, quod in præſentia noſtrum eſt.

Et

Et definitur dominium ius rectè dominandi cuiq; rei.

Gædd. ad l. 25. n. 7. de V. S. Treutler. in Comm. ad tit. de acquir. rer. dom. ponitur autem in hac definitione pro genere ius quia omnia vocabula apud Iureconſultos iuris habent intellectum *Borcholt. tr. de feud. c. 1. n. 11.* Et diſtinguitur, ratione cauſæ efficientis, in prætorium & civile. Prætorium eſt, quod à prætore conceditur, qui verum dominum efficere non poteſt, *pr, I. de bonorum poſſeſſ.* quanquam hoc dominium verius poſſeſsio dicatur, *l. cum poſtulaſſem 44. § damni 1. De damno inf.* docendi tamen gratia, poteſt vtile dominium vocari, cum talis poſſeſſor jure domini poſsideat *l. 1. de bon. poſſeſſ. d. l. 44. De damno inf.* Civile a. dominium eſt quod à ſola lege datur, *l. vn. C. de nudo iure. Quint. toll.* Hoc directas actiones ac vindicationes parit, illud vtiles, publicianam &c. *gl. in tit. 39 lib. 2. feud. de alien. paterni feudi. F. Bart. in l. ſi quis vi § differentia n. 5. de acquir poſ.*

Cauſa efficiens dominij eſt ipſum ius ac lex *C. quoniam diſt. 8. Cic. pro A. Cæcinna.* quæ poſt lapſum Adæ, cum videret homines naturaliter ad diſſentiendum eſſe proclives *l. item ſi vnus 17. § principaliter 6. de recept. qui arbitr.* nec in communione, quæ diſcordiam parere ſolet, *l. in re comm. De ſervit. vrba. præd. l. cum pater § dulciſsimis de leg. 2.* facile perſiſtere homines poſſe, vt litium faceret finem, & ne ſocordes induſtriorum laboribus fruerentur, ſed ignavum fuci pecus à præſepibus arcerentur. *Paulus ad Theſſ. c. fin. verſ. 10.* cuilibet proprium aſsignavit, ac ſtabili præcepto ne quis alienum attingeret, confirmavit.

Forma autem dominiorum & modi acquirendi ipſa (nam de materia in rerum diviſione eſt actum) varia ſunt. Quippe ut ſupra eſt definitum.

Domi-

Dominium aliud eſt iuris, aliud proprietatis. *l. qui vſumfr. D. ſi vſuſfr. pet.* proprietatis dominium eſt quo res ſeu ipſum corpus eiusq; proprium exiſtit, *l. 4. de vſufr. l. vti frui. 5. ſi vſufr. pet. l. qui vſumfr. 58. ſi ita ſtipulatus. 126. § 1 de V. O. l. acquiritur 10. § non ſol im. 2. de acquir. rer. dom.* Et eſt vel plenum vel non plenum illud ſolidum etiam vocat Iuſtinianus *I. de Vſufr. § finitur. 3. Schneidevv. in § omnium. n. 64. I. de act.* hoc vero proprietatem appellat. *d. § 3. & communiter Dd. directam vocant ac ſequenti ſpeciei opponunt.* Nam iuris dominium eſt, quo ius quoddam noſtrum eſt. *Bart. in ſup. citt. l ſi quis vi § differen. de acquir. poſſ.* quanquam hoc eſt tantum de ſimilitudine verbi, non ex proprietate *Don. lib. 9. comm. c. 8.* Eſt tamen hoc dominium iuris triplex: ſervitutis, poſſeſsionis & obligationis, *Gœdd. ad l. 25. n. 7. de V. S.* Et vtile in genere dicitur. Ac licet nullum revera vtile dominium detur, cum non præbeat facultatem perfecte diſponendi de re, tamen hæc diſtinctio recte in ſchola adhibetur. *Gœd. ad l. agere. 27. n. 18. de V. S. Cuiac. tr. 5. ad Afr. in l. 36. de Vſuf. p. 180.* Sed quia de dominio in tit. de acqui. rer. dom. nihil agitur ad proprietatis revertimur quod eſt ius pro arbitrio ſtatuendi, *Don. 9. Comm. c. 8.* Licet autem infinitis modis iure Gentium acquiratur, tamen in duo genera illi diſpeſci poſſunt, quando quidem verũ eſt, quod

XV.

Dominium acquiritur per apprehenſionem & acceſsionem. Apprehenſio eſt acquiſitio rei naturalis, quæ aut alicuius, aut nullius ſit.

Et hæc occupatio dicitur *l. 1. § 1. de acquir. rer. dom.* Intelligimus autem hic rem nullius, quæ tamen in alicuius dominio eſſe poſsit *Donell. 4. Comm. c. 7.* Et de his eſt

regula

regula, quod nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur *§ feræ igitur n. l. hic.*

XVI.

Sunt verò res nullius duplices vel enim nunquam in alicuius poteſtatem pervenerunt, vel dominos habere deſierunt. Quæ nunquam in poteſtatem pervenerunt, eæ ſunt vel animatæ vel inanimes. Animalia hic quæ acquiri poſſunt feræ ſunt, beſtiæ volucres piſces inde huius occupationis ſpecies ſunt venatio piſcatio aucupium. Venatio eſt occupatio ferarum quæ in Sylvis vagantur.

l. 3 § Item feras de acquir. poſs. l. 5. §. illud autem de acquir. rer. dom. Hæc conceſſa eſt à Deo in prima creatione omnibus hominibus, ideoq; etiam poſt diluvium ad Noam dicitur quod omnia animalia homines debeant metuere *Gen. 9. verſ. 2.* & ex hac cauſa ſaxo concludit neminem propter feras corporaliter obligari ad pænas *lib. 2.* Landrecht art *61.* Sed quia ſæpe per ſpeciem venationum latrocinia perpetrata, turbæ ac tumultus excitati ſunt, vel ſacra ſcriptura teſte qui Nimrodum potentem venatorem coram domino vocat id eſt factioſum qui nimis impotenter erga imbelles ſe gereret, *l. D. ad l. ſal. de vi. priv. §.* ſi quis ruſticus. De pace tenend & eius *viol. in vſibus feud. Iuſtinus Hiſtor. de Mithridate lib. 37.* & alias bellorum præludia ſunt venationes *Heig. p. 1. q. 15. n. 2. Gail. lib. 2. obſ. 67. n. 1.* ut ſæpe periculum in rep. ſit τοιούτους λυκιδέας θρέψαι quales Germani olim latrones aput Cæſarem *de bello gall. lib. 6.* cumq; reip. tutori perſpiciendum ſit vt principijs obſtet, quia ſero medicina paratur cum mala per longas invaluere moras argumento *t. de colleg. & cor. & illic. Liv. lib. 9. dec. 4.* præterea etiam homines venationibus operam dando ab honeſtioribus &

magis

magis neceſſarijs abſtinerent ac male ſua negligerent, quod reip. perincommode accideret cum eius interſit ne quis ſua re male utatur §. *ſed & maior I. de his qui ſui vel alien. iur.* Quin & quia venatio liberale & ingenuum exercitium eſt quod magis principibus ac palladis aſſeclis quam fauni comitibus convenit *Heig. d. q. 15. n. 6. Gail lib. 2. obſ. 67. n. 2. & 3* & ne ſpecies animalium plane pereant. *Heig. d. lo. n. 40.* Venationes prohibitæ ſunt. *Wiſenb. in parat. de acqui. rer. dom. n. 8.* Cui prohibitioni cum acquieverint ſubditi, principes ac domini terrarum in poſſeſsionem huius iuris conſtituti ſunt, vt nemo præter ipſos & quibus illi ipſi hoc conceſſerint venari poſsit *§ item quod principi I. de I. N. G. & C. VVieſenb. in d. l. n. 8.* quod ſi tamen quis in prohibitis locis venatur eum ferarum furtum facere non arbitror *l. 1. § 3. de furt.* Cūm feræ quæ in reip. aut etiam privati ſylvis vagantur non poſsideantur à domino fundi ſed ſua gaudeant libertate; ideoq; venatorem horum dominium acquirere per occupationem dico, cum antea ſit nullius *l. in laqueum 53 de acquir. rer dom. Treutl. in comm. eod. tit.* Ideoq; etiam capitaliter puniri poſſe talem venatorem dicere horreo, tum quia nihil contra legem naturæ peccatur, tum quia nulla eſt inter huiuſmodi pœnam & delictum analogia quæ requiritur *in l. 16. § 1. de pœnis l. probrum. 42. de V. S.* ad quam rem etiam nihil facit quod maieſtatem principis lædi quidam oggenniant. *Heig. d. q. 15. n. 73. VVeſenb. in parat. vbi ſup.* cum id venator non agat; omnia autem delicta ad animum delinquentium appenduntur. *Gail. lib. 2. obſ. 109. n. 11.* Imo vt plurimum tales venatores aliunde quam ἀπὸ τῆς βίας βίον ſervare non poſſunt, adeo vt & ex hac cauſa quia neceſſitas quædam fames ſcil. quæ eſt acutiſſimus enſis excuſari à capitis pœna autumem *Chaſſ. in conſuet. Burg. rubr. 1. § 5. verſ. ſ'il y' à giacen. 15. cum ſeqq.*

Coler.

Col. de proceſ. Exſ. p. 1. c. 8. n. 96. & c. 6. n. 107. König *in proceſſ. tit.* von dem Erforſchlichen gericht. *n. 22.* Et hæc quidem de animalibus per venationem occupatis quomodo illarum dominium acquiratur. Cæterum ipſa venatio huc non ſimpliciter pertinet, cum modo habeatur tanquam emolumentum dominij in fundum *l. 4. de Vſufr. l. vſufructuarium 62. D. eod.* modo vt ſervitus perſonalis in fundo alieno *Gail. lib. 2. obſ. 66. n. 2.* quia ſpecialiter vaſalli de venatione inveſtiuntur *Zaſi. in intell. ſing. lib. 1. c. 11. n. 10.* aut certe vt ſervitus anomola *Heig. d. q. 15. n. 54.* quia vt plurimum jurisdictioni & ſuperioritati adhæret, *Pruckman Conſil. 22. n. 29, & 30. p. 2.* Cenſetur autem venatio de conſuetudine inter regalia, *Heig. d. lo. n. 46. Frider. Pruckman d. conſ. 22 n. 31. vſq. 34.* nec acquiritur niſi principis ſpeciali conceſſione aut præſcriptione. *Pruck. d lo. n. 28.* quaſi juriſdictionis fructus *16. n. 26.* conceſſa autem alicui ſimpliciter venatione, ius capiendi majores feras conceſſum eſſe non ſtatim erit dicendum per ea quæ docet, *Heig. d. lo. n. 59. vſq. 65. & Pruckm. d. lo. n. 28.*

XVII.

Altera ſpecies piſcatio eſt occupatio piſcium in mari aut flumine publico.

Hæc etiam nemini poteſt prohiberi quemadmodum venatio, *Heig. p. 2. q. 40. n. 47. l. 13. § 7. de iniur.* Quanquã Principes præſcripſerint & huic iuri, non ſecus ac venationi, *Heig. q. 15. n. 30. p. 1.* Igitur quod de feris dictum vt occupanti cedant, id de piſcibus etiam verum ſi è mari aut publicis aquis extrahantur. Cæteri autem piſces occupanti non cedunt, ſive enim contineantur in vivarijs, & quod prope inſtet piſcationis tempus mobilibus annumerentur; aut longius abſit & pars fundi cenſeantur, *vide Moll. & ibi all. Coler. in Cond. El. 32. p 3. n. 8.* Sive etiam in flumine privato contineantur, ſunt in alicuius

dominio & poſſeſſione, ſi non ſpeciali, ſaltem vniverſali, *vt in l. Eum qui ædes 23. de Vſucap. l. clavibus. 74. de contr. Emt. l. cum tabernam 34.* De pigno & hypoth. per conſequens occupari non poſſunt cum id quod noſtrum eſt ſine facto noſtro ad alium pervenire non poſſit. Et hæc eſt cauſa cur in alieno venari liceat, non autem piſcari, *Don. 6. Comm. c. 8. diſſ. Cuiac. 4. obſ. 2. Mud. piſt. p 1. conſ. 70. n 13:*

XIIX.

Aucupium tertia ſpecies. Eſt occupatio avium ferarum.

Quod igitur in ſuperioribus verum illud & hic obtinet. Licet enim alienum fundum non debeamus ingredi, cum iniuriam faciamus domino, *l. Divus pius. de ſervit. præd. ruſt. § Apum. I. h. t.* tamen occupata avis fit capientis. Et liberior hæc occupatio eſt ſuperioribus. poteſt enim quilibet in ſuo aucupari nec huic iuri præſcriptum aut intercеſſum eſt à ſuperioribus poteſt etiam quilibet maiores aves & nobiliores ex aëre bombarda ferire, ſi in ſuo ſtet

XIX.

Res inanimes nullius, ſunt tales vel ex parte vel omnino plane nullius & quæ iure gentium communes ſunt, acquiruntur vel per occupationem.

Vt cum pila iaciuntur in mare aut inſula maris occupatur. Hæc enim etiam cum incommodo navigantium acquiruntur, per poſſeſſionem apprehenſam, *l. 2. § 8. d. ne quid in loco publ.* cum tamen non poſſint ita in flumine publico ædificari citra permiſſum principis. *diſſ. quæ ad mare Donell. 4. Comm. c. 9.* Licet autem videatur ædificium ſolo cedere & inde in littore poſitum commune fieri, tamen

men quia occupata & in poteſtatem primo redacta eſt inſula, aut area, recte dicetur, id quod ſuperſtruitur, noſtrum fieri *Pacius cent. 1. q. 36.* Ex præmiſsis autem ſequitur principem non poſſe alicui navigatione interdicere in mari, licet in flumine publico poſsit, *Rauchb. p. 1. q. 23. n. 3. & 9.*

XX.

Vel inventionem.

Rerum mobilium in mari natarum ac repertarum. Hæc enim inventori cedunt § *item Lapilli 17. I. hic. l. 3. de R. D.* niſi & huic iuri domini terrarum immemoriali tempore præſcripſerint, aut vicem vetuſtatis hoc ius prohibendi habeat, *l. 1. in f. de aqua & aquæ plu. arc.*

Similitudinem cum talibus rebus habent fodinæ, Etſi enim æs in fundo repertum domino concedatur, tamen cogitur decimas principi ex inde ſolvere. *Rauch. q. 22. n. 4. & 6. p. 1. Heig. p. 1. q. 14. n. 17.* Idemq; de auro in flumine reperto ſtatuit id, *q. 13. n. 48* Et ita licet ex parte dominij nullius ſint hæ res inventæ, tamen ratione iuriſdictionis quam dominus prætendit ſunt alicuius.

XXI.

Res quæ dominos habere deſierunt tales ſunt vel ex animo dominorum qui poſſeſsionem & animum dominandi à ſe abdicarunt.

l. 2. § 1. d. pro derelicto. l ſi quis 17. § 1. de acquir. poſſeſ. ideoq; hæ cum nullius ſint occupanti ſtatim conceduntur *l. 1 d. pro derelicto.* Vt autem occupetur aliquid tali modo non ſufficit vt repertor alicuius rei ita exiſtimet, ſed vt revera ita ſit *l. 6. d. eod.* Idemq; quod de animo amittentis dictum eſt, obtinet, ſi res in ſuam libertatem naturalem caſu ſe reciperet. *l. 3. § 13. & 15. de acquit. poſſ. § apes 13. I. hic.* Huc autem non pertinent res fortuito aut ne-

gligentia, vive maiori amiſſæ. Ideoq; qui illas invenit & ſciens cuius ſint domino non reſtituit furti tenetur, ſed tamen nō poterit capitaliter puniri. *l. 7 de pro derelict. l. 43 § 4. de furt. adde Fachſ. in diſſ. iur civ. & Sax. 59.* Qui autem invenit nec ſcit cuius res ſit indicabit vbi ſi nemo advenerit qui repetat, ſiquidem pauper ſit, retinebit ſin dives, de honeſtate poterit inter pauperes diſtribuere non de neceſſitate. *Caſſ. in conſu. Burg. rubr. 1. § 1. verſ. Eſpave n. 1. 2. 3. 4.*

XXII.

Vel ex iuſto bello dum res ab hoſtibus occupatur.

Fiunt ſiquidem hæ res hoſtium noſtræ, adeo vt & liberi homines in ſervitutem deducantur § *item ea 16: I. hic.* Sed ita vt quia milites nihil aliud agunt quam vt reipubl. cauſam gerant, nec ſibi ſed reip. militent, *Marius Salom. ex autor. Ci. in l. vt vim. de iuſt. & iure. p. 11 B. acquirunt quidem. l. 55. de acquir. rer. dom.* ſed non ſibi ſed reip. *Lyel. lib. 3. mem. Eccl. 8. diſſ. omnibus quas allegat Treutl. diſp. hac d. 2.* quod ſi tamen res privata aut publica ad hoſtes pervenerit & per vim ex hoſtibus recepta ſit in ſuam cauſam redit. *tit. de captio. & poſtli. reverſ.*

XXIII.

Vel etiam tempore eiusq; immemoria.

vt Theſaurus. *l. peregr. 44. de acquir. poſſ.* Eſt autem Theſaurus vetus depoſitio pecuniæ cuius memoria non extat. *l. nunquam 31. de acquir. rer. dom. l. 1. C. de Theſauro. lib. 10.* Hic reperitur vel in ſuo vel in alieno. In ſuo ſive quis fortuito caſu ſive etiam data opera invenerit fit inventoris § *Theſaurus I. hic.* Suus autem locus hic intelligitur in quo inventor habet dominium ſive plenum ſive perpetuū, vt verus dominus & vaſallus Emphyteuta, non vſufru-

vſufru ctuarius. *l. 1. ſi ager vectig. i. p.* § *1. D. qui ſatisd. cog.* In religioſo quoq; aut ſacro cuius vſus privatus eſt, ſi inveniatur idem eſt iuris. In alieno vero aut religioſo loco publico, Cæſaris, hic inventus dividitur inter inventorem & dominum loci. *Lyel. lib. 5. Membr. Eccl 7. l. 3.* § *ul. de iure fiſci* Quod ſi quis data opera in alieno loco invenerit Theſaurum, operam videtur donaſſe. *Mynſ in* § *Theſaurus. in f. hic.* Mala autem arte inventus merito inventori adimitur quia deliquit. *l. 3. 5. 7. 8. C. de Malef. & Mathem.* neq; quis debet ex vno eodemq; facto præmium ſentire & pœnam. *l. relegatorum 7. in fin. cum l. ſeq. de interd. & releg. adde Caſſ. in conſu. Burg. rubr. 1. verſ. Eſpave n. 5 cum ſeq.*

XXIV.

Hæc de rebus quæ nullius ſunt. Res quæ alicuius ſunt acquiruntur nobis vel invito domino vel eo volente. Invito domino nobis acquiritur res per ſpecificationem.

Specificatio eſt quando is qui dominus materiæ non eſt ex materia quæ formam in poteſtate non habet, bona fide novam ſpeciem producit. *Mynſ. in* § *cum ex alieno I. hic. l. 5.* § *1. l. Minicius 61. de R. V. l. quæſitum 78.* § *4. de leg. 3. l. gemma. 6. in pr. l. ſeq. verſ. Sed ſi rotam cum ſeq. l. de eo. 12.* § *ſi quis. D. ad Exhib. l. quod ſi 22. l. ſ. in a. 27. de R. V.* Et quod hic Dd. quærere ſolent, an vinum, oleum, frumentum ex alienis ſpicis confectum ſpecificatoris fiat recte negandum puto, *per l. 7.* § *7. de acquir. rer. dom.* cum non forma nova inducatur ſed quæ inſit detegatur, non obſtante § *cum ex aliena. I. hic.*

X X V.

Volente domino res nobis acquiritur per traditionem.

Sper.

§ *per traditionem*, *l. hic.* quo etiam refero miſtionem *§ ſi duorum 25. l. Eod.* Vt tamen transferatur per traditionem dominium, neceſſe ſemper eſt vt cauſa ſubſit, quia prætor neq; actum neq; contractum ſine cauſa attendit *l. cum de in debito § vlt. de cond. ſine cauſa l. 2. § circa.* De doli mali & met. except. *l. 49. in f. de pecul. l. nunquam 31. de acquir. rer. dom. l. 15. de fideiuſſ. Azo in. ſup. C. de non num. pec.* Eſt tamen aliqua ſecundum pactum *cent. 3. Enant. q. 67.* differentia vt ſi in cauſa traditionis errent ac diſſentiant contrahentes ſi obligationem conſtituere velint nihil agatur *l. ſi ergo 15. de reb. cred.* ſive diſſolvenda ſit obligatio tum demum transferatur dominium. *l. cum in corpore 36. de acquir. rer. dom.* quia liberatio favorabilior eſt obligatione. *l. Aurianus 47. de O. & A.* Probatur autem traditio eo ipſo quod rem quæ mihi tradi debebat jam poſsideo ex eo titulo *l. ſive 4. 9. de public.* Et facit vt ſi duobus res ſit vendita in ſolidum & poſteriori emtori prius tradita, is præferatur *Mudæ. in tit. de pign. & hyp. e quibus mod. ſol. pign. n. 91. per l. quoties C. de R. V.* niſi ſecundo contrahens contractum primi non ignoraverit & ita in dolo fuerit, *Pruckm. p. 1. conſ. 36. n. 35.* aut agatur de beneficio principis. *Id. conſ. 39. n. 1. & 21. Caſſ. in conſu. Burg. rubr. 9. § 3. verſ. Et s' il advient que l' on y venderente. n. 14.* Hiſce duobus modis exceptis is cui res eſt tradita præfertur, quia ſola traditio & vſu capio per contractus transferunt rerum dominia *l. traditionibus C. de pact. diſſ. Don. lib. 4. Comm. c. 19. Lycl. lib. membr. Eccl. 24.* præterquam in ſocietate vbi etiam ſine traditione res fit communis *Mud in l. 3. n. 3. D per Soci.* Sed ibi ficta intervenit traditio, quod ſatis eſt ad translationem dominij *Mudæus in l. claſſibus n. 1. de contr. emt.* Sola autem ſcriptura non ſatis eſt ad traditionem ſi quis tradidiſſe ſe ſcribat. *Ibid. Mud. n. 2.*

Appre-

XXVI,

Apprehenſione ſuperficietenus diſquiſita venimus ad acceſsionem quæ fit quoties rei noſtræ pars aut emolumentum additur. Eſtq; acceſsio alia naturalis alia induſtrialis. Naturalis eſt partis vel ὁμογενοῦς vel ἑτερογενοῦς. pars ὁμογενὴς accedit rei noſtræ à flumine publico,

l. Rutilia 69. de contr. Emt. Bart. in tr. de alluv. verbo flumen n. fin. non à privato Schultz ad Mod. piſt. q. 43. n. 6. p. 1. per l. vicinus. 24. § fin. de aqua & aqua plu. arc.

XXVII.

Et vel ſeparata eſt vel annata. Annata pars fundo noſtro accedit per allúvionem aut per applicationem cruſtæ.

Illa eſt incrementum latens & ſtatim dominio noſtro appulſam terram ſubijcit, huc incrementum apparens & terram advectam non ante noſtram facit quam arbores in illa ſitæ potuerint radices in noſtram ſuppoſitam terram agere. *§ pratere. I. hic. l. Adeo. 7. § quod ſi vis. 2. de acquir. rer. dom. Bart. d. tr. de alluv. verſ. 6. ex prædio meo attulerit. n. 1. & 3.* qua in re ſtatur aſſertioni ruſticorũ quaſi peritorũ, in arte ruſtica *gl, ad § pratere. ad verb. longiori I. hic Bart. in proæ. D. n. 8. in pr.* Accedit a. alluvio ſemper fundo proximo etſi via publi: intercedat non. n. attẽditur via *in l. Altius 38. de acquir. rer. dom.* Quod ſi res ſacra aut religioſa propter flumen ſit, eiq; alluvio fiat cui acquiratur quæritur, Et ſiquidem publicè ſacra aut religioſa ſit, publicæ rei quæri ſi privatim talis ſit privatis alluvionem fieri, non occupanti concedi puto argumento *l. in agris. 16. inf. de acquir. rer. dom. diſſ. in d. tr. de alluv. verbo noſtro. n. 5. Bart.* Idem autem quod de alluvione dictum eſt obti-

ne etiam ſi flumen publicum alveum veterem relinquat, *§ quod ſi naturali 21. I. hic. Bart. in tr. de alveo.*

XXIIX.

Separata acceſsio ad fundum eſt inſula in flumine publico nata.

Hæc ſi propius ripam naſcatur fit eius qui propter ripam prædia poſsidet. Et ſi in confinio duorum naſcatur pro latitudine à fronte qua prædium ad flumen ſpectat vtriſq; fit commune. *d. l. 7. §. 3. Bart. in tr. de inſula in pr.* Non aliter tamen hæc acceſsio fit domini vicini prædij quam ſi eius poſſeſsionem apprehendat. *Bart. in d. tr. verbo nullius n. 7. & verbo communis fit. n. 1. per l. ſi finita 15. & illud 13. de damno inf.*

XXIX.

Naturalis acceſsio partis ἐξογενῶν fructus eſt.

De eo proponit Imperator regulam quod ex re noſtra naſcitur noſtrum eſt *I. hic § item ea quæ ex animalibus,* Naſci autem dicuntur fructus naturales illi propter quos res habetur, non illi qui ex contractu propter rem fiunt, ſicut ſunt vſuræ, ſive ſint naturales ſive induſtriales *l. bonæ f. 48. de acquir. rer. dom. l. 44. §. 1. D. ad Trebell. l. cæterum. 31. l. ſi navis 62. de R. V. l. vſura 21. de V. S,* Ideoq; etiam evicta re omnes fructus qui à petitore percipi potuerunt reſtituendi ſunt, non vſuræ *d. l.* cum veniant fructus tanquam acceſsio. Acquiruntur autem fructus non tantum à domino, verum etiam à bonæf. poſſeſſore & vſufructuario: Ab hoc quidem iure ſervitutis à bonæfidei autem poſſeſſore quia is iure domini poſsidet; *l. 25. de Vſur.* Eſt tamen inter dominum & bonæfidei poſſeſſorem hoc reſpectu differentia. Nam quod dominus omnes fructus percipiat nulla dubitatio eſt: Bonæfidei autem poſſeſſor, induſtriales quidem ſtatim atq; à ſolo ſeparavit

vit acquirit vt non opus ſit ipſi vſucapione, nec conſumtione ad perfectionem acquiſitionis, & tamen quia non debet locupletior eſſe ex alieno. *l. 25. § 11. de petit. hered.* Si fundus ab ipſo evincatur, fructus adhuc extantes officio iudicis ab ipſo auferuntur, aut ſi fructus venditi ſint & aliud ipſorum vice extet. *Lycl. lib. 3. membr. Eccl. 2. l. 45 de vſu. l. 48. de acquir. rer. dom.* Vel agi poteſt contra poſſeſſorem illum. *ex l. 32. D. ſi cert. pet. argumento. Eorum quæ tradit Mod. piſt. p. 3. q. 102. & p. 4. q. 156.* Naturales autem fructus facit quidem ſuos interim ſed ita vt iure actionis ab ipſo (niſi vſucapti ſint) & extantes & conſumti peti poſsint *ſecundum Cuiac. tr. 7 ad Afric. in l. 40. de acquir. rer. dom.*

XXX.

Induſtrialis acceſsio vel ædificando fit vel ſcriptura, pictura, agglutinatione, inſitione, implantatione, textura, ferruminatione, & ſimilibus modis infinitis.

De hiſce acceſsionibus habemus regulam *in l. 19. § 13. de auro & arg. leg.* Ei quid cedere cuius maior eſt ſpecies. Quæ regula ita recte intelligitur ſi ſpectetur quid cuius rei ornandæ gratia adhibeatur vt acceſſio fiat principali. Et in ſumma hoc conſideretur quæ res cuius rei ornandæ gratia fuerit adhibita, non quæ ſit pretioſior. Excipitur autem de hac regula pictura, quia illa non eſt ſimplex tabulæ acceſſio ſed ſpecificatio *L. Mulieris 13. § abeſſe. l. labeo 14. de V. S. & ibi Gœdd. n. 12. diſſ. pacius cent. 3. Enant. q. 43. Lycl. 1. Membr. Eccl. 15.* Hocq; idem de imagine ſculpta aut ſtatua affirmare libet, propter eandem rationem. Hæc autem regula vt locum obtineat, debet primo is qui per acceſsionem ſuæ rei acquirere vult bona fide hoc facere. Nam ſi mala fide hoc faciat quia

 furtum

ſurtum committit & conditione ſurtiva tenetur acquirere non poteſt. Nemo enim ex eodem delicto præmium &[poenam ſortiri debet vt ſup. dictum *Mynſ. in § ſi tamen alienam. n. 4. & 5. I. hic.* Secundo debet rei principalis dominus eſſe aut iure domini poſſidere *l. qui ſcit. 25. de vſur.* alias enim qui alienum agrum colit iure Sax. oleum & operam perdit, Landrecht art 46. lib. 2 Scili. ſi id ſciens prudensq; faciat. Tantum enim abeſt ut fructus lucretur, vt etiam impenſam videatur donare talis cultor *l. ſi ſervas 24. § ſi olivam 25. D. ad l. Aquiliam idq; de ſummo iure.* Nam de æquitate malæf. poſſeſſor impenſas neceſſarias & vtiles deducere à divite domino poteſt. *l plane 38. de hæred. petit. l. impenſ. de V.S.* ſcil. quamdiu eſt in poſſeſsione, Nam ſi ſemel poſſeſsionem amiſerit, dominus nullo iure ad reſtitutionem impenſarum obligatur, *l. ſi in area. 35. de cond. indeb.* ac ne devicto quidem ædificio cæmenta ædificator recuperare poterit. *l. 7. § 12. de acquir. rer. dom. § certe illud. I. hic l. Paulus 14. de doli mali & metus Exc.* Quod ſi ignorans & bonaf. alienum quis colat, recte impenſam etiam iure recuperabit & fructus *l. ſumtus. 48. l. in fundo 38. d. R. V.* Tertio requiritur etiam ad acquiſiti onem ſingularum acceſſionum vt quis eas poſsidere poſsit. Si enim quis in ſuo ſolo ex alienis cæmentis ædificaret, quia domū poſsidendo ſingula tigna non poſsideret *l. rerum miſtu. 30. D. Vſucap.* Ideo ſingulorum cæmentorum dominus non fit, ſed re[...]ta domo vindicabuntur cæmenta à dominis *l. in rem. 23 § 6. & 7. de R. V. l. 1. § 2. de tigno iuncto.* Eſt præterea de acceſsione regula quod ſequatur naturam principalis *c. acceſſorium d. R. I. in 6. & ibi Dyn.* Et quod ſublato principali, tollatur acceſſorium. *l. cum principalis. 138. De Regul. Iur.* adeoq́ue qui rem non habet aut petere non poteſt, nec acceſſoria habere aut petere poterit.

Quæ

Quæ tamen regula officium ſuum perdit cum res evincitur. Tum enim ſæpe fit vt homine intermortuo nihilominus eius operæ aut quæ acquiſivit petantur. *l. Iulianus 17. § Idem 2: de R. V. t. d.* Quando de peculio actio annalis. Quæritur tamen de acceſsione quandoquidem acceſſorium eius fit cuius eſt res principalis an dominus antiquus acceſſorij omne ius ſuum amittat? Quod vtiq; negatur. Etſi enim vindicari non poteſt res ſi bona fide inædificata ſit, &c. poteſt tamen agi ad exhibendum, vt ſi ap-plūbato ſit refixa exhibeatur. *l. gemma 6. D. ad exhibit.* niſi lex prohibeat & bona fides ſimul adſit. *l. tigni 7. cum § 1. & 2. D. ad exhib. l. 1 § 2. de tigno iuncto.* Si vero per ferruminationem res coadunata ſit per actionem in factum ad pretium eius agi poteſt. *l. 5. § 1. & § de arbore. 4. l. in rem 23. § Item quæcunq; 5. de R. V.*

XXXI.

Hi dicti modi de jure Gentium tribuunt dominia & quidem mediante poſſeſsione quam ſimul quis arripit.

l. 1. de acquir. poſſ. alleg. à Frider. Prukm. p. 1. conſ. 1. n. 71 Sine poſſeſsione autem nullum acquiri poteſt dominium. Licet enim vſucapio tribuat dominium, tamen id fit per poſſeſsionem temporis lege definiti *l. 3. de Vſuca.* Ita etiamſi legatum tribuat dominium, id tamē non fit vere ſed ficte *Menoch. rem 9. recuper. poſſ. n. 213.* Et licet vindicatio detur legatario contra hæredem. *l. 2. C. communia de leg.* non tamen contra tertium datur, *l. ſed n. c 11. de cond. furt. diſ. Lycl. lib. 7. membr. Eccl. 26.* Inde autem illud ſequitur quod quemadmodum poſſeſsio apud duos inſolidum eſſe non poteſt. *l. ſi vt certo 5. § ſi duobus vehiculum D. commod. l. poſsidere. 3. § ex contrario. de acquir. poſſ.* ita nec dominium directum nec vtile inſolidum apud duos eſſe

poteſt & per conſequens nec publiciana inſolidum duobus competere poterit, quod tamen ſtatuit *Azo. Inſt. de action.*

XXXII.

Dominio ita acquiſito ſequitur vt dominus poſsit perfecte de ea re diſponere & ſi rem aliquo caſu amiſerit vindicare.

l. 1. de publ. in rem act. poterit etiam condictionem furtivam inſtituere. *l. 1. de cond. furt.* Et quia dominium à iure gentium ita tribuitur, ſequitur quod illud non poſſit nobis à quoquam auferri *l. quod noſtrum eſt de R. I.* nd quidem à principe facere non plenitudine poteſtatis ſee tempeſtatis vteretur turbine. *Borcholt tr. de feud. c. 5 n. 29. & 17. quomodo feuda acquir. per ſucceſſ. n. 54. & 56. Bart. in l. conſt. d. n. 3. 4. 5. 6.* niſi ſubeſſet publica aliqua gravis cauſa, tum enim quia ea quæ communiter omnibus proſunt præferenda ſunt illis quæ ſpecialiter privatim vtilia ſunt. *auth. res quæ. C. de fideic.* id poſſet fieri. *Hippol. Riminald. l. de donat. in rubr. n. 2.* ſed tum princeps privato debet pretium reſtituere. *Coler. de proceſſ. Exſ. p. 2. 3 n. 335. & 336.* Indubio autem princeps plenitudine poteſtatis vti velle non præſumitur. *Thom. Gramm. deciſ. neap. 51. n.*

Q.

Dominium num cuius eſſe poſsit ex pluribus cauſis?

Cum Princeps iniuria alicui jus aut dominium aufert num jus dicatur reddere?

Cumq; eius rei exſecutionem inferiori committit num is debeat obſequi?

N.

ROMA